



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Beta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

SUIS VIRIBUS POLLENS. CAP. L.

ET quoniam in ingenium est lupino ut coli nolit, sitq; negligentia ipsa fertilis, apte quis fecerit, si hominem, qui suopte ingenio vel indultia sibi necessaria comparat, ejusmodi furculi gestamine insigniverit.

DE NICTERETO. CAP. LI.

SI vero hominem occursum cujuspiam rei natura expavescentem ostendere curassent Aegyptii, Nicteteron herbam & Anserem faciebant. Ferunt enim Anserem ad primum conspectum ejus expavescere, unde & *κνωδάμνος* vocatur. Herba est coloris, ignei, folis spinæ, nec à terra se attolens, noctibus interlucens, & quoniam è longinquo etiam noctibus fulget, *νοκτιπύλος* appellatur.

Hæc omnia à Plin. lib. 11. c. 11. Vel Nysilopa, ut ibi Plin.

DE BLITTO.

FATUUS ET INSULSUS. CAP. LII.

ANNUM & insulsum turpiq; deditum inertie hominem, per Blittum herbam significare mos erat. Stupidi enim saporis herba omnino est, neq; ullam habet acrimoniam; unde convitium in fecundis mariti faciunt apud Menandrum, *βλίτιον* eas appellantes. Et Truculento Plautus non infacere dixit, *blittam meretricem*, quæ non saperet in vino ad rem suam: qui locus imperite satis à nonnullis invertitur, qui Bletetam & Bletem nescio quod incommodi calceamenti genus exquisivere in ejusmodi contemptum. Læberius dixit bipedem blitteam belluam. Et Empedocles, ut apud Varro nem est, humilem humani generis conditionem ostensurus, natos homines ex terra ait, ut Blittum. Sane illi nomen herbe à stupore est: *βλαῖ* enim stupidus Græcis, stolidusq; & ignarus.

Qua idea à Plin. in eod. li. 20. c. 22. Et à Diosc. nullius usus in medicina 1. 2. ca. 110.

Hinc forsitan Gallicum convitium blittum.

DE BETA. CAP. LIII.

SUNT qui betum & blittam idem esse sentiant, Martialis puto carmine decepti, qui scripserit, *Ut sapiant facia fabrorum prandia betæ, O quam sape pater vina piperque coquus.*

Li. 2. c. 110. Beta Et Blitti differentia.

quæ aliter paratas nihil sapere exquisitoris gancæ proceres profitentur. Sed enim Dioscorides blittum à beta fecerit, & blittum quidem apud Aegyptios *Æclororipem* apud alios *Eriplem*, apud Romanos pariter & Græcos blittum appellari; edi oleis modo, ventrem tantum dejicere, medicas vires habere nullas: cum beata ea sit, quæ Atticis *πέταλον* nuncupetur, olus ubiq; locorum celeberrimum usitatissimumq; alicujus omnino suavitatis, quodq; à civilibus mensis minime rejiciatur, quæ pluribus apta medicinis, multas humano generi conferat utilitates, quas qui nosse voluerit, Diolcoridem legat lib. altero, cap. 110. Theophrastum 8. *Æginetam* 6. Plinium 19. item alios.

Quinimo folia sua delentissima ad insar Catti, quem Car-

MOLLITIES. CAP. LIV.

PER ejus vero hieroglyphicam cynædica petulantia, mollisq; & enervis lascivia notatur, pervulgato illo Cynici Diogenis dicto, qui cum à petulcioribus quibusdam pueris convitio incesse-retur: quod Canis esset, ac subinde fugitarent, quærente eo cur fugerent, *Ne mordeas*, respondens: *Bono estote*, inquit, *animi, Canes non edunt betulas.*

denem dicimus, præpancia. Diogenis Cynici dictum.

DE CAPILLO VENERIS.

EBRIETATIS REMEDIUM. CAP. LV.

QUI significare hieroglyphice volunt hominem ebriofitate laborantem, ac sibi remedium committentem ut præmoustrant Aegyptii, *Upupam* & *Capillum Veneris* herbam faciebant.

D. Laert. in ejus vita. Capilli Veneris varia nomina. Et atymo betula. Plin. li. 22. c. 11.